

Cæsari. Judæi sunt subditi. Ergo, &c.

Sed argumentum Herodianorum valet: illudq; Christus, ut in tertio loco dicitur, approbat.

In primo enim Judæorum argumento Minor non est universaliter vera: Olim enim census templo fuit attributus, Jam vero, propter Judæorum impietatem ac peccata, ipsi rursus à Deo ereptus, & in Romanum Cæsarem translatus.

In altero Syllogismo Minor etiam nõ est universalis. Promisit enim Deus Ju-
 Gen:49. dæis libertatem usq; ad adventum Messia, & conditionaliter, si viverent in timore DEI. Est itaq; fallacia in utroq; Syllogismo, secundũ non causam ut causam. V S V S.

Videmus homines semper conqueri de pænis, quas luunt. Interim autem
 Tren:3. causam pænarum non considerare.

DE III. LOCO.

I. Observentur antecedentia:

Christus cognoscens cogitationes eorum, Quid me tentatis, inquit, hypocrita? & postulat numisma census: At illi porrigunt ei denarium.

V S V S.

ψ 7. I. CHRISTUS est scrutator cordium. Cavea-